



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 62. Turcarum Imperatoris obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

mare, & etiam Religio nullum fructum
caperet.

secul. XV.
A.C. 1451.

§. LXI.

*Croja Albanicæ Metropolis ab Amurate
obsessa.*

Ea tempestate cum Scanderbegus recuperatis Patris sui ditionibus persæpe Turcas profligasset, & Amuratem, ut obfidionem Crojæ, quæ Albanicæ Metropolis est, solveret, compulisset, is frustratæ expeditionis tædio victus, ad Zechitas Turcarum Monachos in Asia minore sese recipere decrevit, reliquos vitæ suæ dies in pace transacturus. Verum iræ suæ, ac vindictæ cupidini imperare nescius, atque insuper a Janifaris suis stimulatus, imperii gubernacula resumpsit, sinistro tamen eventu; quamvis enim omnes suas vires collegisset, cunctasque artes exhausisset, ut Scanderbegum opprimeret, nihilominus semper ab eo profligatus est. Tandem ira magis ac unquam alias efferatus, junctis omnibus viribus Crojensem urbem altera jam vice cingere statuit. Verum nec secunda hæc obsidio melius quam prima cessit.

Chalron. l. 9.
ante fin.
Piranz.
l. 22. in fin.
Barlet. in
Scand. vita.

§. LXII.

Turcarum Imperatoris obitus.

Rubore itaque suffusus, priusquam in publicum procederet, ad tentoria sua

U 2 omnes

Sæcul. XV. omnes exercitus sui Duces convocat, & eos
A.C. 1451. quasi unicos tantæ infelicitatis auctores
 arguens gravissimas in illos querelas pro-
 fert. Verum tam prolixè, tamque ve-
 hementer in eos invehebatur, ut febrè ex-
 inde correptus animam exhalaret. Obiit
 feria quarta die undecima Februarii
 Anno salutis supra millesimum quadrin-
 gentesimo quinquagesimo primo, die pri-
 ma anni Hegiræ octingentesimi quin-
 quagesimi quinti. Annum ætatis age-
 bat juxta nonnullos septuagesimum
 quintum, secundum alios vero, octogesi-
 mum quintum, postquam regnasset an-
 nos triginta & unum. Amuratis obitum
 aliter describit Phranzes, referens, eum
 Adrianopoli extinctum fuisse ex apople-
 xia, cum nimia vini copia in convivio se-
 se ingurgitasset. Ceterum totum ferme
 vitæ suæ tempus bellis in Christianos
 motis insumpsit, vix unquam tamen vi-
 ctor, nisi ex propria Christianorum vel
 ignavia, vel perfidia, quamvis illum
 Græci ceteroquin justis, æquique exte-
 mium cultorem deprædicent; in ejus
 quoque laudem dictum sit, illum præ-
 ter usitatum infidelium morem pactis
 secum initis sincera, atque integra fi-
 de stetit.

Leunclav.
de rebus
Turcic.
 l. 14.

Phranz.
 l. 3. c. 2.

Sagredo
hist. Imp.
Ottoman. in
Amur.